DE SYPHILIDIS PRIMARIAE CURATIONE SINE MERCURIO

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICO-CHIRURGICA,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITTERARIA FRIDERICA GUILELMA

UT SUMMI

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE XVII. M. JANUARII A. MDCCCXXXII

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENSURUS EST

AUCTOR

JOANNES GODOFR. MUELLER,

THURINGUS.

OPPONENTIBUS.

C. DRESCHER, MED. ET CHIR. CAND.
ED. STRASSBERGER, MED. ET CHIR. DD.
F. BOEGER, MED. ET CHIR. STUD.

BEROLINI MDCCCXXXII.

TYPIS GODOFR. CAROL. NAUCKII.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, EXPERIENTISSIMO, AMPLISSIMO

F. A. SCHULZ

EDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI, INSTITUTI MEDICO CHI-
URGICI FRIDERICO-GUILELMIANI DIRECTORI SECUNDO, MEDI-
CORUM EXERCITUS BORUSSICI PRAEFECTO SUPREMO, ORDINIS
CRUCIS FERREAE EQUITI ETC. ETC.

FAUTORI ET PATRONO

SUMMOPERE COLENDO

NEC NON

VIRO

DOCTISSIMO, EXPERIENTISSIMO, HUMANISSIMO

G. GRAEFENHAN,

PHILOSOPHIAE DOCTORI, GYMNASII MOLHUSANI DIRECTORI, PLUR. SOCIETAT. LITER. SODALI ETC.

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

Prooemium.

xaminibus rite absolutis, cum praeterea ad asse-endum medicinae doctoris gradum dissertatio de quadam medica requiratur, eam mihi elegi, cu-; in caritatis nosodochio fungenti per annum ineribus medici inferioris mihi observandae obla-erat occasio sub auspiciis viri experientissimi ick, cui propterea maximas habeo gratias sem-rque habebo.

Illud autem praecipue ago, ut, quae ipse ob-rvavi, lectori tradam et auctoritatibus virorum leberrimorum confirmem.

Quod ad rationem hujus opusculi elaborandi, memoratum velim, me curationem tantum mor-rum primario-syphiliticorum describere cona-rum; nosologica vero et prognostica brevi tan-

tum, nec nisi in formis gravioribus leniter perstricturum.

Praeterea vero non aliam curandi viam i-cabo, nisi, quam in nosocomio caritatis pers-consuevimus, quae paululum mutata, eadem, est, qualem docet Dr. Fricke.

D. Berolini mens. Septemb. 1831.

Curatio syphilidis sine mercurio est vetustissima. Kluge [1]), Huber [2]), Handschuch [3]), Braun [4]) et alii historiam ejus ex antiquissimis inde temporibus sat large et accurate explicarunt. Equidem nonnulla tantum de adhibendae hujus curationis methodo novissimorum temporum adjiciendum mihi proposui.

Initio hujus saeculi Guilelmo Ferguson medicorum castrensium Anglicorum principi facultas data erat, in valetudinario Hispaniae militari observandi, quem legem habeat decursum syphilis, quam sponte saepe consanescat, vel facile certe dispareat, locali adhibita curatione; mercurius in usum non vocabatur. Quibus observatis alii quoque Anglicorum medici ad hanc curandi methodum sese confitebantur, nec non magno cum fructu. Quorum virorum primi erant Rose [5]),

---

1) Dr. Carl Heinr. Dzondi's Heilart der Lustseuche, geprüft und beurtheilt von C. A. Ferd. Kluge; Berlin 1828.

2) Dr. B. A. Huber, Bemerkungen über die Geschichte und Behandlung der venerischen Krankheiten; Stuttgart und Tübingen 1825.

3) Die syphilitischen Krankheitsformen und ihre Heilung von G. F. Handschuch, München 1831.

4) H. Braun: de syphilide antiphlogistica curatione tractanda; Dissertatio inaug. Bonnae 1828. 4.

5) Rose Thomas, Bemerkungen über die Behandlung der Syphilis ꝛc. in den Medico-Chirurgical Transactions etc. Vol. 8. Aus d. Engl. übers. v. Dr. H. Heine, in Rust's Magazin 4. B. 1. H. p. 63.

Thomson [1]), Guthrie [2]), Hennen [3]), Hill [4]). Iam successerunt plures in Anglia et America. German quae caute semper novis in rebus dijudicandis ag longius tempus observata illa dubitavit [5]); donec Illus Hufeland et Rust primi ea vera esse confirmarunt [6]

Adhibuit autem in Germania hanc curationem pr mus Brünninghausen [7]) Herbipoli (1819). Ei pro mus Fricke [8]) Hamburgi, tum Wilhelm [9]) Monachia Kluge eadem ratione ex anno 1829 in nosocomio c ritatis berolinensi syphilidem curat, nec non prospe rimo cum eventu.

Id tamen monendum, syphilidis sine mercurio cu rationem, excepto Zittmanni decocto, certe secundu

1) Bemerkungen über die Behandlung der Syphilis ohne Queck silber ꝛc. übersetzt von Dr. Heine in Rust's Magazin V B. 1. Heft, S. 125.

2) Bemerkungen über die Behandlung der venerischen Krank heit ohne Quecksilber in den Medico-Chirurgical Transactions etc. übersetzt von Dr. Heine in Rust's Magazin.

3) Dr. Hennen, Grundsätze der Militair-Chirurgie; aus d Engl. Weimar 1822.

4) On the simple traitement of Syphilis, Edinburger Journal Vol. 14.

5) Hufeland's Journal, B. 48, St. 1. S. 111. Rust's Magazin ꝛc. B. 5. S. 290.

6) Hufeland's Journal 1822; Octoberheft S. 46.

7) Handschuch: über d. Behandlung der Syphilis ohne Merkur, Würzburg 1826. 8.

8) Oppenheim über d. antiphlogistische Heilmethode der Syphilis; Rust's Magazin, XXI. B. 2. Heft, 1826.
Günther über d. Behandlung der Syphilis ohne Quecksilber ꝛc. Graefe's Journal XI. B. 1. H. 1826.
Fricke's Annalen der chirurgischen Abtheilung des allgemeinen Krankenhauses in Hamburg. Hamburg 1828. 8.

9) Clinische Chirurgie, 1. B. München 1830. 8.

ervata in hoc nosocomio unicuique formae neuti-
um sufficienter inservire, quod jam antea pronun-
rit Ill. Kluge [1]); at pugnaverunt Ill. viri Fricke,
ilhelm, Desruelles et alii. Quorum observata, quam-
im minime denegarim, tamen persuasissimum mihi
neo, eam in syphilidis formis inveteratis nihil fere
ficere, quibus in sanandis ad usum mercurii, reme-
l illius in syphilotherapia maxime necessarii, iterum
ivimus; idque, utut rei conveniebat, modo sat nota
Dzondiana ab Ill. Kluge moderata methodo, modo
rgiana illa [2]), modo in Decocto Zittmanni adhibui-
s, vel etiam in pertinacioribus formis inunctionibus
Ill. Louvrier et Rust commendatis usi sumus.

Multa magnaque curatio sine mercurio prae se
commoda, praesertim quotiescunque pectoris affec-
nes, dyscrasiae, cachexiae etc. usum mercurii ve-
t. Ad nostra usque tempora illam methodum apte
iibitam aegro majus aliquod damnum intulisse nun-
im observatum [3]). Omnes enim, qui sunt ingrati
perniciosi usus mercurii exitus, imprimis ptyalismus,
spepsia, viscerum inflammatio, haemoptoë, pedum alia-
nque partium oedema, alopecia, facies alienata, ca-
exiae, debilitas tremorque totius corporis, narium,
iorum orisque ulcera, caries, uno verbo mercuria-
nus, qui saepe organismum ex toto corrumpit, in
locum habere non possunt. Deinde jucundius et

---

1) Kluge l. c. S. 61 u. 62.

2) J. F. Berg, Dissert. de hydrargyri oxydati rubri usu interno, etc. Francofurd. ad Viadr. 1808, S. — Hufeland's Journal der prakt. Heilk. 1808, B. 27. St. 4. S. 149; B. 29 (1809) S. 113.

3) Handschuch l. c. S. 134.

celerius curatur, etiam tutius [1]). Nam si aegroti prae-
ceptis obsequuntur rarius malum redit, et siquidem se-
cundariae formae proveniunt, id quod potissimum e
priori mercurii usu nascitur, mitiores videntur; ex eo
quo hac methodo utimur, syphilis non tantam praebe
malignitatem, quantam antea; narium destructionibus
et faucium, gravioribus ossium morbis multo rarius
nunc occurrentibus [2]). — Syphiliticorum valetudinaria,
quorum aër prius pravo salivationis ulcerumque cari-
sorum odore tantopere corrumpebatur, ut loca fas-
diosissima redderentur, munditiem omnium aliorum nunc
aequant.

His a me expositis multi etiam assentiunt medici
in omnibus Europae regionibus, potissimum autem in
Anglia, quae hancce methodum in integrum restituit,
et in Francogallia sunt, qui hancce curandi rationem
observent [3]); et quamquam plures, qui nova quaeque
sine ulla probabili ratione respuunt, huic etiam con-
trarii sunt, tamen, fore, ut magis magisque floreat,
sperandum.

I. Curatio syphilidis sine mercurio in genere.

Praeter ea, quae ad generalia therapiae spectant,
in syphiliticis morbis quatuor hae potissimum sunt ob-
servandae res.

Primum summa mundities. Quare, sordidos cu-
rans a balneo tepido incipias; tunc a loco malo affecto

1) Wilhelm, Clinische Chirurgie 1. B. 1828. 8. S. 79.
2) Fricke, l. c. S. 106.
3) Handschuch, l. c. S. 123 u. 65.

ucus, pus, sudor et similia removeantur, id quod etiam
stea pluries per diem repetatur, vel spongia ex aqua
pida expressa, vel, si hoc fieri non potest, injectio-
ius.

Inprimis cavendum, ne excoriationes, ulcera sy-
ilitica, condylomata integrum epithelium vel epider-
idem tangant, quod malum longius et gravius red-
; quare linteo vel carpia, modo aqua fontana, modo
caria, modo saturnina madefacta, ut res postulat,
tegenda sunt. Saepius in levioribus casibus hoc so-
n, conjunctum cum accurata jam exponenda victus
ione sufficit.

Deinde apta et legitima diaeta. Quae in uni-
rso parca, non excitans, non nutriens sit. Initio cu-
r nec caro, nec cerevisia, nec vinum ustum prae-
atur; sed pro potu aeger vel decocto avenae, vel
cocto graminis utatur; aestate aquam limonatam,
usa herbarum et serum lactis bibat. Cibi loco of-
as ei jusculum tenue ventriculoque leve, omnino
am minimam partem victus solidioris.

In nosocomio caritatis plerumque syphilitici quar-
a partem soliti cibi accipiunt, ita compositam: Un-
s tres panis similaginei in totum diem; cibus matu-
us est sextarius dimidius jusculi ex drachmis sex fa-
ae tostae, vel polentae avenaceae vel ptisanae; me-
ie sumit aegrotus sextarium dimidium juris carnium
n unciis duabus oryzae vel ptisanae vel cyzae coc-
, vespere idem ei praebetur cibus, quem jam matu-
o accepit tempore.

Syphilitico morbi charactere submoto maloque om-
o diminuto victus augeatur; quo in meliorem sta-
n morbo redacto transeas ad carnem facile conco-

quendam, ita ut per cursum curationis, quem adm
dum se habet aegrotus, sensim sensimque major ci
copia praebeatur. Homines viribus valde imminu
jam a principio victum solidiorem accipiunt. Desru
les [1]) censet, in morbis majoris periculi nullum ci
esse adferendum, aut si quid praebere volumus, tam
nihil aliud nisi lac permitti posse.

Tunc requies quam maxime est necessaria, qua
obrem principio quidem aegrotus lectum non relinqu
vestes non induat, ne partes aegrotae denuo teran
et irritentur. Cures, ut sit aegrotus in cubiculo m
dice calefacto; praecipue hieme calore fovendus e
cum transpiratio larga per nonnullum tempus maxi
momenti esse soleat.

Tandem hancce viam therapeuticam intres:

In magna plethora et renisu totius corporis in i
flammationem instituas venaesectionem, quae tamen a
aegroti statum moderanda, et ad nostri nosocomii exp
rientiam quam rarissime adhibenda est, quamqua
nonnulli, praecipue Anglicorum medici in syphilitic
cujusvis generis eam necessariam putant. — Locis i
flammatis hirudines medicinales applicantur. Ad i
ternum usum praescribatur, Dr. Fricke auctore:

℞ *Magnesiae sulphuric. vel Natr. sulphurici* Uncia
unam cum dimidia
Aq. foeniculi Uncias octo
MDS. Mixtura anglicana.

---

1) Über die Behandlung ohne Quecksilber bei venerischen u
solchen Krankheiten rc. v. H. M. J. Desruelles, übers.
G. B. Günther, mit einer Vorrede von J. C. G. Frick
Hamburg 1829, 8. S. 40.

Quorum loco et ab Anglicis commendantur: Ol. icini, Rad. Jalapp., aliaque drastica.

Illius mixturae tantam quotidie aegroto praebeas piam, ut initio et praecipue in periculoso morbi gere viribusque integris, quinque vel sex alvi exoneranes efficiantur. In aegrotis debilibus sufficiunt jam ae exonerationes; ceterum in morbi decremento aeotus in dies, nonnisi bis terve alvum exoneret, quem modum et sub morbi finem et aegroto debilitato antia omnino sunt omittenda.

Praeterea et ceterae secretiones, praecipue transiatio adjuvandae sunt, quod partim balneis, partim ı decocto Sarsaparill., Caric. arenar., etc. adipiscir. — Tandem syphiliticus ne nimis se somno tra-, quo nutritio augeatur.[1]) —

I. Curatio syphilidis sine hydrargyro in singulis morbi formis.

1. Blennorrhoea urethrae.

Cujus in curatione optimum esse videtur, duo s stadia proponere; primum erethicum sive inflamtorium a principio hujus morbi cum dolores, urina ns et seri defluxus animadvertantur, usque ad id ictum, quo haec morbi signa decrescunt; tum stam secundum sive torpidum.

Si blennorrhoea solito more sine ulla declinatione urrit, nihil fere adhibendum est; quatuor res sunominatas ad leges instituas, naturamque efficacem impedias, quo blennorrhoea non nimis vehemens umque sanatur.

Handschuch l. c. S. 171.

Jam primo stadio venaesectionem instituere a
perinaeo hirudines applicare, ut Desruelles jubet, ha
necessarium esse videtur, cum plerumque haecce cur
tionis via sufficit: prae ceteris mundities et requi
requiruntur, saepius penis aqua aut lacte tepido la
tur; praeterea in primo stadio, si aegrotus de uri
urente queritur: decoct. Hordei, Alth., Salep, v
Emulsiones praescribantur; Fricke hoc loco optim
putat:

℞ *Tinctur. kalin* drachmas duas
Aq. lauro-ceras. semunciam
MDS. per binas horas guttas 30-50.

Quibus non sufficientibus, et secundo blenn
rhoeae stadio prolongato, transeas necesse est ad
media acri-aromatica et balsamico-resinosa, inter qu
Cubebae, Balsamum Copaiva et Terebinthinum lo
primum tenent locum.

Si a cubebis adjumentum sperare vis non nim
parvas doses adhibere poteris, cum ne in inflamm
tionis quidem stadio detrimentum adferant, ut De
pech [1]), experientia ductus, contendit; quamobr
praescribas per binas horas unam drachmam, ita,
aegrotus quotidie, quod minima sit copia Unciam s
mat. Si vero Cubebae tali modo blennorrhoeam p
quatuor vel sex dies non tollunt, aliud remedium
auxilium voces.

Balsamum Copaiva eadem dosi ut Cubebae pra
scribi potest; vel merum, ter quaterve cochlear min
vel ad formam emulsionis:

---

1) Memoires sur le traitement de la gonorrhoée etc. — R
vue medicale, May et Juni 1822.

℞ *Balsam. Copaiv.*
Pulv. Gmm. Mimos. ana semunciam
Aq. fontan. Uncias octo
M. f. l. a. Emulsio. S. per diem adhibenda.

Praeter terebinthinum, quod similem in modum, Balsam. Copaiv. praescribi potest, magnam reme-orum copiam proposuerunt, quam tamen, ne nimis rbosus videar, omittam [1]). — Remediorum ad usum ternum nullum, solutione Zinci sulphurici (ex gra-s sex vel decem in Unciis sex) excepta, nominan-m puto, quae solutio ter quaterve quotidie injecta ud parvum adjumentum adferre solet.

Quod secundum stadium, si male curatur, aut grotus praecepta non servat, aut si aliae adsunt usae, facillime producitur, ita ut per menses, immo r annos magis minusve acriter impetum in bonam letudinem faciat, quem morbi statum

2. **Blennorrhoeam secundariam**

nominavere; haec plerumque pertinacissima et nia remedia contemnens apparet; ergo et praeci-e in hanc Cubebae et Balsama eaque magnis dosi-s et quotidie adhibenda et interdum remedia mu-nda sunt. In nonnullis aegrotis Fricke hisce medi-mentis haud parvum adjumentum se adeptum esse ntendit:

℞ *Vitell. ovor.* numer. duo
Acet. Vin.
Olei Olivar ana Uncias tres
Balsam. peruvian. Drachmas sex.
M. D. S. per binas horas cochlear majus.

---

[1]) Simon, Versuch einer kritischen Geschichte rc. S. 163. fg.

Praeterea injectiones instituendae sunt ex Cu vel Zinco sulphurico, Aceto saturnino aliisque medi mentis, quibus, in charactere erethico vel inflamm rio hujusce morbi, addas Aquam lauro-cerasi vel pium; tamen, saepissime, si haec blennorrhoea per longum tempus corpus aggressa est, et illa m camenta et methodum antiphlogisticam, quam De elles laudat, frustra auxilio vocamus.

3. Balanitis.

Quo cum nomine indicimus inflammationem perficiei glandis laminaeque internae praeputii, cui cretio fluidi albescentis conjuncta est.

Plerumque jam accurata et diligenter serv munditia, tepida loci affecti balnea sufficiunt; si c trarium evenit, linteis aqua saturnina imbutis pen circumdes.

Si et phimosis balanitidi est adjuncta praescri saepius per diem injectiones aquae calcariae, satur nae vel aquae communis tepidae inter glandem praeputium et phimosim cures ut infra scribim Saepius et cum balanitide excoriationes glandis mellaeque internae praeputii invenimus.

4. Fluor albus.

Fluor albus non syphiliticus saepius in sexu sequio signum aliorum morborum est: praecipue indicat la tatem, inopiam turgoris vitalis, infirmitatem omnin que male habere corpus; haud raro non nisi ma corporis cura adductus, tamen in longum tempus pl rumque producitur.

Fluor albus syphiliticus differt ab hoc, ratione, a exoritur, cum inflammationis signa conjuncta sint celerius ad finem perveniat.

Fricke duo ejus genera proposuit quemadmodum cretum vel magis serosum vel majoris consistentiae , ut in filos produci possit. Curationis modus idem utroque genere est.

Praeter communem sanandi viam supra memoran praecipue munditiam cures eamque ob causam pius per diem partes aegrotae lavandae sunt; ceum praescribas injectiones aquae calcariae vel saninae, quae si minus placent, solutionis Zinci vel pri sulphurici.

Insigne adjumentum adferunt injectiones solutio- Calcariae oxymuriaticae, cum, ut quidem Coster [1]) itendit, ea materia emanans deleatur talique modo apiterna infectio impediatur.

5. Ophthalmia gonorrhoica.

Ut quidem Spangenberg et Wardrop disputant hoc alum ex veneno gonorrhoeae oculis adducto ortum capit, itra alii id per metastasin incipere putant, quamobrem et emanatio gonorrhoeae aut remota, aut diminuta est. jusce inflammationis decursus celerrimus est: non mulpost acerrimus tumor — oedema calidum — oculos ocat; conjunctivae pars scleroticae adhaerens in torum rum et crassum commutatur, quo cornea circumdatur et t viginti quatuor aut quadraginta octo horas exnitur serum simillimum materiae in gonorrhoea ananti; hoc primo quidem albescens et liquidum,

---

[1]) Handschuch l. c. p. 347.

post vero flavescens vel virescens et crassum app
Si hac materia emanante auxilium non paratur, de
tur internae oculi partes et visu privatur aegr
quamobrem in hoc quidem morbo celerrimo et v
auxilio opus est.

Permagna inflammatione inventa venaesecti
adhibere debemus, tum forcipe arripias rubrum
neam circumdantem torum, et secernas eum f
qua in re sanguinis quam maxima copia maxi
utilitatem adfert; tum haud minimo numero hi
num oculum circumdes et ad usum internum
scribas drastica majoris vis, simul adpares der
tia, exempli gratia vesicantia et setacea cervici
plicanda, una et hunc locum cum fronte infrices
guento Tart. stib.

Si permagnus tumor periculum adferre vi
injectiones resorbentes et fomentationes calidae
et opio paratae, (quas postea in morbi decrem
commutes cum levibus adstringentibus) haud par
sanationis opem movere solent.

Hanc sanandi rationem Jüngken haud raro
hibuit idque secundo eventu adjutus; praeterea
inflammatione per metastasin exorta gonorrhoea
emanatione remota hanc reparandam curat; quan
rem injecit in urethram medio compressam Solu
nem Tartar. stib. (gran. unum in Unc. una).

6. Posthitis, Phimosis et Paraphimosis syph-litica.

Posthitis inflammatio praeputii vocatur; quod p
putium si et constrictum est ita ut supra glan
duci non possit hic morbi status phimosis nomi

. Constituendae sunt prae ceteris leges supra me- ratae, tum fomentis lactis tepidi cum aqua com- ni aut saturnina utaris, laves penem saepius et cias inter glandem et praeputium decocta resol- itia et levia.

Plerumque phimosis cum balanitide, excoriatio- us aut ulceribus circa coronam glandis et frenu- n conjuncta est, quibus et phimosis haud raro ad- ta est et prolongatur. Quam phimoseos compli- ionem eo cognoscimus, quod si hunc locum com- mimus dolor conficiatur, pus ejiciatur et urina n pure conjuncta sit; quibus cognitis lintea parva fluidis imbuta supponas; imponas eadem locis rotis ne tangant sanos; quod si nimia praeputii ctura impeditur hoc findas ut pus libere emanare sit et ut melius ad ulcera accedere possimus. Ce- um de ulceribus curandis postea scriptum est; ca- post operationem praecipue inflammationem ea luctam ad chirurgiae leges dijudices.

In curatione paraphimoseos, quo nomine inflam- tionem et stricturam praeputii post glandem intel- mus, id praecipue tendimus ut laminam praepu- circumvolutam reponamus. Plerumque hoc eo ef- mus ut tribus digitis manus glandem per aliquot npus comprimamus eoque eam flaccidam et dimi- am reddamus, simul pollice et indice manus al- ius praeputium supra glandem producamus. Quae io et in nosocomio caritatis plerumque adhibita e semper sufficit; reposito autem praeputio inflam- tio cura supra nominata tollitur. Sin autem prae- tium ob nimiam stricturam reponere non possu- s, operatio more solito instituatur.

7. Orchitis et Epididymitis syphilitica.

Hujus morbi, qui plerumque gonorrhoeam
glectam aut subito suppressam excipit, curatio est s
plex; restituendum et sustentandum profluvium;
ger in lectulo detinendus, testis suspensorio a
vandus. Subjuncta febre synochali, venaesectio
ministranda, deinde hirudines applicandae ad sc
tum, aut cucurbitae ad internum femorum latu
effluvium sanguinis per longius tempus alendum. T
epithemata tepida et cataplasmata imponenda,
bus, doloribus urgentibus Hb. Hyoscyami et Be
donnae subjungatur; epithemata frigida, quae C
tanner et Spangenberg commendant, nunquam a
beantur; Desruelles fomenta e Natro carbonico lau
Interne laxantia cum Nitro, aut Emulsiones aut te
non irritantes potus sicuti in gonorrhoea propinent
Ad resolvendam indurationem inflammationi super
tem, ternis et quaternis diebus emeticum, duce Fri
fumigationes ex aceto et spiritu frumenti cum fru
adhibentur.

8. Excoriationes syphiliticae.

Excoriationes syphiliticae appellantur ea corpo
loca, quibus minores majoresque epidermidis par
sunt ablatae. Istae luis formae mitissimae celerius
ciliusque ulceribus syphiliticis curantur, praeterea
ab his discrepant eo, quod margines praecisos, st
ctissime circumscriptos offerunt, saepius foeminis
perveniunt, quam viris, primariae partim in glan
interiori praeputii facie, frenulo, majoribus atque r
noribus labiis, partim secundariae in locis remotio
bus, plerumque cum gonorrhoea, ulceribus et condy

·tis junctae. Immunditie, accumulatione materiae ex ethra profusae, puris, sudoris harumque partium inammationibus frictione exortis, nascuntur, neque raro, mesertim, si sanie gonorrhoica conspurcantur, in ula syphilitica abeunt. Fricke secundum varios hu: morbi gradus tria constituit genera, quorum term ad primum ulcerum genus transitum exhibeat.

Curatio complicationes tolli jubet; loca affecta :pius per diem laventur et excoriationum causae, aecipue immundities, removeantur. In loco excoriato tei aliquid ponatur, aqua frigida, saturnina aut aqua icis illiti, quibus fit, ut intra septimum vel decimum artum diem sanescant. Mulieribus, quibus plerumie tardius sanantur, injectiones supra laudatae apicentur.

9. Ulcera genitalium syphilitica.

Ulcerum syphiliticorum tot ac tam variae existunt mae, paucaque signa diagnostica, quae helcologia pponit [1]), tam parum sufficiunt [2]), ut, ratione habita ndi ulceris, marginis, ambitus atque secreti, varia nera distingui oporteat. Paucarum tantum divisiom mentionem faciam, cum in virorum inclitorum eribus accuratius sint descriptae et expositae.

Carmichael [3]) quatuor ulcerum primitus syphiliti-

---

[1]) De ulcerum diagnosi et aetiologia; Diss. inaug., auct. C. Rust, Berol. 1830. 4.

[2]) Handschuch l. c. p. 354.

[3]) Rich. Carmichael, Effay on the venereal diseases, which have been confounded with Syphilis etc. Dublin 1814, 8. — Beobachtungen über die Zufälle und spez. Unterschiede der venerischen Krankheiten ꝛc. Aus dem Engl. v. Dr. C. G. Kühn, Leipzig 1819. 8.

corum statuit genera, Fricke [1]) septem; Wilhel.
describit ulcera superficilia, callosa, phagedaeni
fungosa; Handschuch [3]) quatuor species discernit.

In nosocomio caritatis berolinensi hae for
sunt observatae:

1. Ulcus syphiliticum genuinum, cuju
gna ea sunt, quae helcologia tradit.

2. Ulcus herpetico syphiliticum, ple
dyscrasiam herpeticam excipiens, fundum minus a
lardaceumque offert, quam ulcus syphiliticum ge
num, magis superficiem tenet atque in latitudinem
pit; fundus rubicundus carnosus apparet, secretum
cum, aquosum.

3. Ulcera norwegica catervas quasi fing
marginibus callosis, duris, fundo minus amplo sec
parciori insigniuntur.

4. Ulcus venoso-syphiliticum fundum
nulo rubro notatum, luridum varicosum exhibet, m
gines utplurimum sunt reflexi, excavati; plerumque
corporibus laxis, oblata ad scorbutum dispositione, s
pius in foeminis, quam in viris occurrunt.

Curatio universalis, ut supra tradidi, ad ulce
genus atque hominis indolem conformanda, variis
ceribus eadem est; summa mundities et inedia maxi
sunt momenti; paucillum tantum ciborum exhibea
aegrotus, donec indoles syphilitica evanuerit; mixtur
anglicae ea portio propinetur, ut ter quaterve per di
alvus ducatur. Curatio localis in singulis ulcerum g
neribus differt.

1) l. c. p. 128.
2) l. c. p. 169.
3) l. c. p. 359

Ulcus syphiliticum simplex mucilagineis emollien-
usque remediis, si admodum inflammatum sit, tega-
; decrescente inflammatione blandiora adstringentia
pinentur, ut aqua saturnina, aq. calcis, solut. Zinci
Cupri sulphurici, quae linteo illita imponantur. Ad
glutinationem maturandam margines lapide infernali
gantur, aut Unguentum a Fricke commendatum ap-
etur.

℞ *Ungt. Zinc.* semunciam
Balsam. peruvian. drachmam unam
Pulv. lapid. infern. scrupulum unum
M. f. unguentum.

Ad curandum ulcus herpetico-syphiliticum respi-
nda est dyscrasia, praeterea fomenta e solutione
ori sulphurici aut solut. lapid. infern. administranda.

Ulcera norwegica-syphilitica plerumque tenacis-
a, cum curationi descriptae saepe resistant; Decoct.
manni requirere solent.

Eadem ratio ulcerum est venosorum; ut plurimum
gines eorum prominentes et reflexi, quum sana-
em impediant, forfice auferantur; curatio corporis
uram respiciat et, prout res expostulet, modo ad-
ngentia, modo alterantia, quorum princeps est solut.
d. infern., adhibeantur.

Ulcera sphacelosa initio fomenta ex solutione Cal-
ae oxymuriaticae reposcunt, sphacelo sublato, non
us ac alia curentur.

Ulcera crustis obtecta, vel callosis vel cartilagi-
marginibus conspicua, emollientia, cataplasmata
administrari jubent.

Ad sananda fungosa ulcera Decoct. Ulmi saluber-
um praedicat Fricke, vel fomenta haec:

℞ *Alum. crud.*
Cupr. sulphuric. ana Unciam semis
Aq. fontan. Uncias duodecim
M. D. S. Aq. viridis.

10. Bubones[1]).

De bubonum divisione non omnes consent multa jam hac de re scripta et disputata sunt; raeque autem divisionum v. c. in bubones idiopat et symptomaticos (Rust), in primitivos et conse vos, in primarios et secundarios et aliae minim spiciunt curationem, et quum firmo dividendi prin careant, ne ad diagnosin quidem eruendam valent primarii et secundarii bubones tam suppurant, resolvuntur.

Majoris esse videtur momenti, utrum mere sy liticus, an scrofulosus, num rheumaticus; utrum sy litico-scrofulosus, an syphilitico-rheumaticus, num gis sit complicatus. Ex hix enim tam curandi r quam prognosis metienda est.

Quaenam sint discrimina inter scrofulosos, rh maticos et syphiliticos bubones praetermitto. Forn tantum, locum bubonis, ejus causas et aegrotantis turam respicias, ut facilius diagnoscas.

Omitto etiam rheumatici et scrofulosi bubonis rationem.

Pertinacissimus plerumque bubo est syphiliti quippe qui et aegrotantis et medici patientiam fati Praeter universalem eamque accuratissimam curation quies imperanda est summa. Resolutionem bubon

1) Rust's theoretisch-praktisches Handbuch der Chirurgie
3. B. S. 311.

ım ad gravissima pertineat desideria, primum mo-
is. Inflammatio, quod gradus exposcat, venaesec-
ibus et hirudinum applicatione curetur, locus affec-
aut aqua frigida, aut Goulardi, aut cataplasmatis
ollientibus foveatur; per noctem emplastro simplici
atur bubo. Torpente bubone, emplastra adhibean-
irritantia v. c. Empl. diachyl. compos., Empl. Gi
moniaci, linimentum inungatur volatile, vel, impo-
lapide duarum triumve librarum, pressio institua-
Quae dum aguntur, saepe resolvitur bubo, quan-
que non resolvitur, sed ad suppurationem pronus
ur, quam, si imminet, iis remediis maturari opor-
quae singulari bubonis vitae respondeant, nimirum
irritantibus gravioribus, vel blandioribus. Illis, bu-
i admodum torpido consentaneis, prae ceteris cata-
smata Kerndlii interponenda sunt, hac ratione pa-
da:

℞ *Saponis nigri* Uncias tres
Aq. fervid. Uncias duas
Ebulliant leni calore per momentum; tum admisce:
Ceparum sub Cinere assatarum et bene contusarum Uncias tres
Farinae sem. Sinap. Unciam dimidiam
Ebulliat massa iterum leni calore per breve tempus saepius agitando, deinde ab igne amoveatur.

Omni partium ambientium duritie resoluta, bubo
eriatur cultro, nisi sponte sua patefiat, ulceris cura-
quae longe saepius protrahitur, instituatur idonea
ındum chirurgiae praecepta; differt enim, prout ul-
vel simplex est, vel callosum, fungosum, fistulosum
ut vis ejus vitalis vel adaucta vel diminuta apparet.

11. Condylomata[1].

Condylomata, variis impertita nominibus, p
eorum forma discrepat, modo primariam, modo se
dariam exhibent syphilidem locumque intermedium
inter hanc et illam tenent. Secundaria utpluri
circa ani orificium, inter nates, in scroto et int
femorum latere emergunt; primaria plerumque p
genitales, glandis coronam, glandem ipsam, inter
praeputii faciem, frenuli angulos, internum nymph
latus obsident, neque minus inter labia majora r
raque et pone frenulum efflorescunt.

Condylomata primaria utplurimum curationi
neae brevi tempore cedunt; secundaria pertinaci
esse consueverunt; horum enim medela, omisso
curio, ita saepe destituitur eventu, ut medicus ad
drargyri praeparata coactus confugiat.

Primaria condylomata initio curationem unive
lem supra laudatam requirunt; imprimis inedia et m
dities imperentur, dein localis administretur. Si
lent condylomata, vel inflammata sunt, balnea loc
tepida adhibeantur, fomenta ex aqua saturnina vel
ponacea imponantur; sin dolore destituuntur, rem
fortiora in usum vocentur, ut aq. calcis, solutio
car. chlor, imo caustica, ut acidum sulphuricum,
tric., liquor Bellost., argent. nitric. fus. Girtanne
Hecker pulverem hb. Sabinae inspergi jubent, cui Fr
calomelas addit. Efficacissimum sese praestat Ple
linimentum:

1) C. L. G. W. Wernher: Diss. inaug. de condylomati
Berol. 1825. 8.

℞ *Mercurii sublimat. corrosiv.*
Camphorae ana grana duodecim
Alum. crud.
Sacch. Saturn. ana scrupulum unum
Misce terendo, adde:
Acet. concentrat. drachmas duas
Solutioni vitro immissae adde;
Aeth. sulphuric. drachmam unam
Conquassa. D. S. Zum Betupfen der Condylome.

Neque minus solutio a Freiberg commendata:

℞ *Hydrargyr. sublimat. corrosiv.* semidrachmam
Camphorae drachmam unam
Spirit. rectificatissim. Unciam unam
M. D. S. Zum Bestreichen.

Eximiam efficaciam aceti saturnini, a Betschler dati, quod linteolo exceptum condylomatis admovetur quasi enecationem eorum efficit, equidem observavi. o applicato, condylomata albent, arescunt, friabilia dunt et delapsa paucos post dies nulla amplius ve- ia offerunt.

Praeter haecce chemica remedia quaedam mecha- a prodesse solent. Quodsi condylomata petiolata t manusque aditum patiuntur, commodissime vel stringuntur, vel cultro aut forfice resecantur; abla- condylomatis, argento nitrico fuso loca adurantur.

In his quidem cardo curationis syphilidis prima- sine mercurio vertitur, quam medendi rationem iis rebus ita mutari, ut a solito more discedere opor- , facile est intellectu; temporis angustiae, quominus c materiam longius persequar, impediunt. Quae- que observationes, exiles quidem, me docuerunt, e pagellis demandavi; curationem syphilidis secun-

dariae sine mercurio ea propter praetermittenda quod plura experimenta mihi persuadere non po runt, hanc syphilidis formam dicta ratione sanari; q alii auctores supra laudati, docuerunt, repetere n Lectores rogatos velim, ut hasce tironis medici pr tias indulgenter excipiant eaque promptius excus quod partem earum non Berolini, sed alibi, nibus fere adminiculis destitus, exaravi. Advers curationis syphilidis sine mercurio, penitius rem minaturos et, priusquam judicium ferant, sincere e rimenta haud neglecturos esse, confido. —

Crotosynii die XVII. M. Decembr. 1831.

V i t a.

Ego, JOANNES GODOFREDUS MUELLER, confes-
ii evangelicae addictus, natus sum Mulhusae, Thu-
;iae oppido die X. M. Februarii A. 1808 patre
RISTOPHORO MUELLER, quem praematura morte
i ereptum valde lugeo, matre MARIA ELISABETH,
ente NEUMANN, adhuc vivente. In Gymnasio Mul-
ano literis, quae ad studia academica viam muniunt,
litus et per triennium in prima classe versatus A.
6 mense Octobri Berolinum petii et civibus Insti-
regis Friderici Guilelmi medico-chirurgici adscrip-
sum. Per quadriennium hisce interfui praelectio-
s Virorum clarissimorum:

Cel. WOLFF de philosophicis, Ill. RUDOLPHI de
odologia, encyclopaedia medica et anatomia uni-
a, nec non organorum sensuum disserentes adii.
eologiam, splanchnologiam, syndesmologiam, artes
ulas medicas concinnandi, BEAT. KNAPE me do-
in arte cadavera rite secandi Ill. RUDOLPHI et
. KNAPE praeceptoribus gavisus sum. De Phy-
gia, tam generali qam speciali Ill. RUDOLPHI et
exponentes audivi. Physice, chemia et pharma-
Ill. HERMBSTAEDT et Cel. TURTE me imbuerunt.
LINK historiam naturalem, botanicen et toxicolo-
, Ill. LICHTENSTEIN zoologiam, Cel. SCHULZ his-
m plantarum officinalium mihi sxplicuerunt.

Praelectionibns Ill. FRID. HUFELAND de patholo-
generali, semiotice et therapia tam generali quam

speciali, Ill. HORN de pathologia speciali et morbo mentis, Cel. KRANICHFELD de oculi physiologia, pathologia et therapia, Clar. HESSE de dentium mo et therapia, Ill. OSANN de materia medica inte Celsi de medicina libros Cel. HECKRR mihi inter tatus est. Generalem Chirurgiam, fascias applic praecepta, de ossibus fractis et luxatis doctrinam, temque obstetriciam Ill. KLUGE mihi tradidit. O thalmiatricen, Chirurgiam et generalem et speci Ill. JUENGKEN, akiurgiam Ill. KLUGE, medicinam rensem Ill. WAGNER me docuerunt.

Clinicen frequentavi medicam, chirurgicam, o thalmiatricam ducibus Viris Illust. BARTELS, W. FELAND, OSANN, WOLFF, DE GRAEFE, RUST JUENGKEN.

Quibus studiis absolutis in nosodochio cari berolinensi per annum, tunc relicto Berolino, in v tudinario castrensi Crotosynii et Cosminii per menses medico-chirurgi inferioris muneribus fu tus sum.

Berolinum redux, jam antea vero tentamine ph sophico et medico, nec non examine rigoroso co gratioso medicorum ordine superatis, fore, spero, dissertatione thesibusque publice defensis, medici et chirurgiae doctoris honores in me conferantur.

Quo facto, Parthenopolin ut medici officiis m taris satisfaciam, me conferre jussus sum.

Theses defendendae.

1. Methodum syphilidis curandae sine mercurio optimam censeo.
2. Medicina aeque valet ac chirurgia.
3. Syphilis originem ex America non ducit.
4. Aërem elasticum corpus esse nego.
5. Blennorrhoea nulla nisi ex inflammatione.
6. Pulmonum et hepatis functiones maxime similes.
7. Usus caffeae diaeteticus plus prodest quam nocet.
8. Regnum animale a vegetabili non distincte discernitur.
9. Omne medicamen non nisi chemice in organismum agit.
10. Phthiseos stadium primum a catarrho non distinguitur.
11. In nullo morbo certa prognosis. —